

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula III. Veritas enuntiationis de praeterito aut futuro pendet a veritate enunciationis de praesenti. Velita: Omnis enunciatio de praeterito aut futuro vera, fuit aut erit aliquando vera de ...

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA III.

*Veritas enuntiationis de præteritò aut futurò
rò pendet à veritate enuntiationis de
præsenti.*

Vcl ita:

*Omnis enuntiatio de præteritò aut futurò vera,
fuit aut erit aliquando vera
de præsentì.*

I. Ut verum est: *Aristoteles* audire *Platonem*,
quia fuit tempus, quò hæc vera fuit: *Aristoteles*
audit Platonem. Similiter hæc est vera: *Extremum*
judicium erit, quia aliquando verum erit dicere:
Judicium extremum est. Falsum autem est, si de
cas. *Petrus fuit Roma*, si nullum tempus fuit, in
quò hæc vera fuit: *Petrus est Roma*.

II. Contingit autem exceptio in duobus pro-
positio: p̄m generibus, sicut habet Durandus III.
dist. XII. q. I. (1.) in propositionibus universalibus.
Nam verum est, si dicam: *Omnes Israelitæ, qui cū*
Mose exierunt ex Ægypto fuerunt mortui, nullum
tamen tempus fuit, quo hæc de præsentì: *Omnes*
Israelitæ, qui cum Mose exierunt ex Ægypto, mor-
riuntur, fuerit vera, quoniam scilicet non simul,
sed diverso tempore mortui fuerunt. (2.) In termi-
nibus accidentalibus. Nam si paries heri fuisset
nigros, & hodiè esset dealbarus, verum esset, si ho-
diè dicerem: *Hoc album heri fuit*; & tamen heri fal-

falsum
rum jam
sib) fuit
& tamen
ceptus,
falsum
stabant

Adver
mne

I. De
ex Dur
notatu
trado,
sit, & e
constet
licet ex
Exci
contin
tunc er
tatur p
verum
& tam
or

fallum fuisset, si dixissem: *Hoc album est.* Sic verum jam est dicere: *Hic homo* (loquendò de Christo) *fuit antequàm conciperetur in utero virginis;* & tamen, si quis ante illud id tempus, quò fuit conceptus, in præsentì tempore dixisset: *Hic homo est;* fallum dixisset, quæ quidem ex seqq. magis constabunt.

REGULA IV.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut omne id, quod significatur voce prædicati, conveniat subjecto,

I. Desumimus hanc & seqq. duas propositiones ex Duran. *to l. c.* & videntur mihi valdè utiles, & notatu dignæ. Ita ut hæc sit vera: *Hoc, quod tibi trado, est poculum aureum,* oportet ut & poculum sit, & ex aurò constet. Quod si vel ex aurò non constet, licet poculum sit, vel poculum non sit, licet ex auro constet, locutio falsa erit.

Excipiendum autem est; quando in prædicato continetur determinatio alienans vel diminuens: tunc enim necesse non est, ut omne, quod importatur per prædicatum, conveniat subjecto. Ut verum est, si dicam: *Cadaver est animal mortuum;* & tamen *animal esse* ipsi non competit. Ita hæc oratio: *Æthiops est albus secundùm dentes,* est vera, cum tamen albus non sit.

Nnn

RE-